



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Epistola ad Reuerendos testes synodales.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

ho edito in Synodo prouinciali quinta indiximus, hoc anno die decimo mensis Maij, de more in Basilica nostra Metropolitana habebimus. His igitur nostris literis, vos ad illud inuitare volumus. Quare aliquos certos procuratores ad constitutam eam diem huc mittatis licet, qui & ipsi presentes in Concilio adsint, & nos instruere ijs de rebus possint, quæ ad vos, vestrumque Capitulum aliqua ratione pertineant. Valete in Domino. Dat.

## EPISTOLA

Ad Reuerendos testes Synodales.

**R**euere. & dilecte in Christo. Superio ri proximo Concilio quinto te de legimus, qui in ista Diocesi N. Synodi prouincialis sextæ, quæ hoc ipso anno 1582. die decimo mensis Maij futura est, causa, testem Synodalem gereres. Quare his literis te monitum esse volumus, vt cum ad decretorum, quæ de testibus Synodalibus in Concilio prouinciali quarto edidimus præscriptum, in omnem istius officii curam incumbas, quo oportet diligenti sinceroque studio; tum etiam quidquid pia ista tua opera accurataque solertia inuelligando perspexeris, quod aliqua opus habeat correctione, & reformatione, id omne rectè atque ordine notatum, ad nos duobus ante statam Synodi prouincialis future diem mensibus (id quod etiam eodem quarto charitati tuæ præscriptum est) mittas. Agere autem debes cum R. D. N. quem alterum testem synodalem istic in vrbe N. delegimus, vt constituta die vnus vestrum præsens in Concilio omnino adsit, eam coram relaturus, quæ sanctè iuratus, nobis interrogantibus respondere debet. At verò vbi inter vos fortasse non consentientes, aut ancipites in deliberando eritis, vter vestrum ad Concilium accedat; tunc ambo planè accedatis, id præstaturi, quod Decreto prouinciali vobis præscripsimus. Et quoniam fortassis adhuc iusiurandum, quod ex Decreto prouinciali præstare debes, minime præstitisti; Ideo abs te illud ex præscripta formula istic Reuerendis. Episcopo tuo N. præstari iubemus; cuius

rei facultatem literis nostris dedimus atque impartiri sumus. In istius verò synodalis officii munere, quod charitati tuæ commisimus, si fortè nullum adhuc tempus posuisti, tuæ partes sunt, cum illud tam religiosè præstare debeas, in præsentem curam eo diligentiorrem adhibere, vt accurato & opportuno studio illius partes expleas. Quod charitatem tuam facturam esse speramus & confidimus. Vale in Domino. Mediolani die &c.

Eadem quoque epistola scripta est ad testes synodales vrbis ac diocesis Mediolan. ijs ommissis, quæ de eorum altero vel vtroque ad Concilium venturo, itemque de iusiurando præstando mox supra posita sunt. Ab ijs verbis scilicet; Agere autem debes, vsque ad finem.

Epistolas item singulas ad Reuerendissimos Episcopos Cremonensem, & Bergomensensem pro concionibus habendis in 2. & 3. sessione, & Reuerendissimo Episcopo Alexand. pro concione mortuorum, huius sententiæ scripsit.

Reuerendissime Domine. Exploratum nobis est, concionis, quam ab Episcopo prouinciæ in N. Concilii sessione haberi decreuimus, munus ab Reuerendissima Amplitudine tua posse, & virtutum episcopali studio, & rerum ecclesiasticarum vsu doctrinaque egregiè præstari. Quamobrem episcopali charitati suæ hanc curam dandam statuimus, vt latinam eiusmodi orationem concionemve paret, quæ sanctioris disciplinæ institutis atque officiis exculta, quæ vberimos ope diuina fructus afferre possit synodali actionum. Id igitur munus pro religiosi animi sui zelo vt diligentissime suscipiat, magnoperè ab Amplitudine T. Reuerendis. postulamus, cui & Deo omnem cœlestis gratiæ cumulatum precamur. Mediol. non. Februarii 1582.

Episcopo Placentino in aliam sententiam literæ fuerunt scriptæ, & per certum notarium missæ in hanc sententiam vz.

## Epistola Episcopo Placentino.

**C**arolus &c. Reuerendis. Domino D. Episcopo Placentino salutem in Christo Domino. Synodum prouincial-

lena